



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Petrus Nauarra n. 57

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

fliorum elogia, tua decora: sed quoniam in tanto gloriae, ac laudum salo fluctuans inuenior, silentij anchoram cogor iacere, & silens ac Venerans hanc augustissimam Familiam IESV Societatem, filiolum tuam dilectissimam, & laudibus ne eam deteram, & mihi ne impar deficiam, optimè consultum existimabo. *Quid hoc Testimonio grauius, aut Societati honorificentius?*

Quorum  
elogia  
Ignatij Pa-  
rentisenco-  
mia sunt.

57. A PETRO NAVARRA *Scriptore satis apud omnes noto lib. 2. de Restitut. cap. 3. num. 60.* Exemplo (inquit) Ducis IESV, vt multos fratres in gloriam adducant (*Iesuita*) mortem non dubitant oppetere, & vt veri Apostoli pro Euangelij prædicatione, per passiones consummati, intelligentes se meliorem habere resurrectionem, & manentem substantiam. Quorum Sanctissimorum hominum egregiam virtutem & eximiam in omni genere, vel sapientiam vel pietatem, non prosequimur: nam neque id agimus modo, neque oportere existimamus eorum laudem nostris indignis vocibus efferre, quæ non vno in loco, Vario & obscuro sermone aliquorum, sed omnium clarissima & vna voce, toto orbe perfertur. *Hæc ille apud Euseb. de doctrin. Ascet. lib. 1. cap. 60.*

Iesuita vt  
veri Apo-  
stoli pro  
Euangelij  
prædicatione  
mori nō  
dubitant.  
Hebr. 10.  
34.

Homines  
sanctissimi  
egregia  
virtute,  
eximia sa-  
pientia, &  
pietate.

58. \* A LVDOV. CABRERA *Cordubensi in præfatione ad Letorè pro Historia Orientali à Doctore Christophoro Suarez de Figueroa conscripta.* IESV Societas (inquit) animarum lucro pro more intenta, Ducis sui Euangelium, charitatis & obedientiæ alis elata, sic per totum terrarum Orbem circumtulit, vt Nominis sui splendore, & illecebris in admirationem amoremque mortales omnes rapuerit. Factumque vt Ecclesia Catholica eius doctrinæ radijs illustrata, nouum robur, fulgoremque acceperit. Non minus laudanda tempore pacis, pijs ad populum concionibus, & Sacramentorum frequentatione partuatur, quàm cum indicto bello, ex tenebrarum Principis tyrannide innumeras mortalium animas ad partes Christi traducit. Deus Optimus Maximus nunquam non in Ecclesia egregios Atletas suscitauit, qui novos hæresum auctores op-

Societas  
intenta  
animarum  
lucro.

Charitatis,  
& obedi-  
entiæ alis  
elata Euā-  
gelium per  
orbem cir-  
cumtulit.

Eius do-  
ctrina ra-  
dijs illu-  
strata Ec-  
clesia.

Ggg prime-